



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

I. Boldewin und Paridam von dem Knesebeck verkaufen dem Kloster Dambeck das Dorf Macksdorf, im Jahre 1283.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XVIII.

Das Jungfrauenkloster Dambeck.**I. Bolbewin und Paridam von dem Knefsbeck verkaufen dem Kloster Dambeck das Dorf
Maßsdorf, im Jahre 1283.**

Nos Boldewinus et Paridam, fratres de Knefsbeck, notum facimus presentibus et futuris, quod uniuersos proventus et redditus ville Makestorp, qui ad nos spectant, cum pascuis, pratis et omnibus aliis attinentibus, cum silua predictae ville adiacenti et attinenti, que scilicet ab albo fonte sic dicto protenditur usque ad terminum Kalcklake nominatum, Vendidimus de nostro beneplacito et voluntate Monasterio et conuentui sanctimonialium in Dambeke perpetuo possidendos. Ne autem in posterum huiusmodi venditio infringi valeat ab aliquibus seu violari, presentem literam inde conscriptam, Sigilli nostri appensione duximus roborandam. Testes vero, qui huic facto presentes fuerunt, sunt infra scripti: Joh. Stefow, Jo. Burmester, Petrus de Hollenstede Burgenses in Saltwedele. Datum Saltwedele, Anno Domini M^o. CC^o. LXXXIII^o.

Gercken's Cod. VIII, 445.

**II. Propst und Convent des Klosters Dambeck bekunden die Stiftung einer immerwährenden
Lampe zum Gedächtniß Mag. Christian's, am 31. October 1288.**

Nos Dei gratia Fridericus prepositus, Oda abbatissa, Gertrudis priorissa, totusque conuentus ecclesie in Dambeke recognoscimus presentibus publice protestando: quod piis eleemosynis magistri cristiani felicis memorie unum chorum filiginis in uilla nostra Vizeeke comparauimus, singulis annis dandum et ad lampadem, que ob amorem Dei et reuerentiam gloriose semperque uirginis Marie ac sue anime pro salute, in ecclesia nostra die noctuque perpetuo ardebit, diligentius conuertendum. Si autem chorus prefatus, quod absit, per nos uel successores nostros in aliquos alios usus, sed solum modo lampadis prehabite, uerteretur; ex tunc consules uete-